

G. Megdeburgensis prepositus. Thibaldus Sanctensis prepositus. Arnoldus prepositus in Colonia apud sanctum Andream. Bruno prepositus in Colonia apud sanctum Georgium. Otto Bremensis ecclesie summus prepositus. Hartuicus Hammaburgensis prepositus. Vdo prepositus Rameslensis. H. notarius. H. dux Saxonie. Con. comes palatinus de Reno. Lodwicus comes provincialis. Th. comes de Are. Th. comes de Cleue<sup>a</sup>). Her. 5 comes de Cuke. Adolphus comes de Monte. Symon comes de Teggheneburch. Otto comes de Rauensberch et frater eius H. Marquardus de Grombach.

Ego Reynaldus cancellarius vice Arnoldi Moguntinensis archiepiscopi et archicancellarii recognovi.

Data in Verda sancti Swiberti x. kalendas maii, indictione vi, anno dominice 10 incarnationis MCLV<sup>III</sup>, regnante domino Friderico, Romanorum imperatore augusto, anno regni eius vii, imperii vero iii.

## 286.

*Erzbischof Arnold von Mainz verkauft dem Dompropst Herold von Würzburg für hundert Mark Silber zwei Güter zu Hohenheim und Hedenstadt, die dem Nonnenkloster Altmünster zu Mainz ge- 15 hören, wofür er dem letzteren von seinen Besitzungen zu Britzenheim ein jährliches Erträgniß von fünf Pfund abtritt. Markgraf Otto von Meißen resignirt auf die Vogtei über beide Güter.*

1158 [vor Juni].

*Hilschr.: Or. Perg. Reichsarchiv München. Das Purpursiegel des Erzbischofs ist sehr gut erhalten.*

*Gedr.: Stumpf, Acta Maguntina 69. Böhmmer-Will, Mainzer Regesten XXIX, 62.*

20

*Ann.: Der in der Urkunde erwähnte Zug nach Italien verweist die Urkunde in die Zeit vor Aufbruch des Heeres im Juni.*

C. :In nomine sanctę et individue trinitatis. Arnoldus: divina favente clementia Maguntine sedis archiepiscopus. Mundum in maligno esse positum, quia multis et variis eventibus de|claratur a|deo, quod illud propheticum iam completum videatur, erunt homines 25 ingrati, superbi et elati, fidei violatores, sacramentorum contemptores, ecclesiarum persecutores, christianę religionis profanatores, sollicitudo prelatorum | cauta debet esse et circumspecta, quo modo imminet mala propellat, futura precaveat et secundum necessitatem et utilitatem ecclesiarum ex omni parte meliora prospiciat. Noverit igitur et presens Christi fidelium etas et succedentium | futura posteritas, qualiter nos pro quodam castro 30 Gelenhusen nuncupato cum prediis et ministerialibus ad ipsum pertinentibus comparando cum legitimo possessore<sup>a</sup>) illius pactum fecimus hoc sollicite providentes, quod ecclesia nostra contra tyrannos et persecutores honoris divini in ea parte valde esset munita et magnis utilitatibus plurimum adiuta. Cum autem pro solvenda pecunia magnis curis angeremur eo, quod servicium domini imperatoris videlicet expeditio ad domandam Me- 35 diolanensium rebellionem tempore illo nobis incumberet, hinc inde animo nostro fluctuanti hoc ex ratione et canonum auctoritate solacium occurrit, quod pro quibusdam legitimis

285. a) Th. comes provincialis de cleue. Die verderbte Stelle ist nach der vorhergehenden Urkunde korrigirt.

286. a) aus fossessore corr.